

ARNOLDVS LAVENTIA-
nus Flander, Poeta Laureatus & Canoni-
cus Posoniensis, etc. ad Charissimum suum
Dauidem Dreher, Hexapolita-
num Lobauensem.

Dum geris egregij præstantia munia fratri,
Ad rapidas Istri Cesareanu[m] aquas,
Vnicus ille, tuæ qui portus Tauras salutis
Est Deus, immemorem non sinit esse sui:
Annuit ille tua fœlicia sydera stirpi,
Sydera vel medio candidiora die.
Fratri ut in thalamum castissima ducitur uxor,
(Ipsius tacitæ quod voluere preces)
Cui Venus eximium formæ decus, ipsaq[ue] Pallas
Pectus, diuitias Regia Iuno dedit.
Ut tibi, (quod meruere tuæ præconia fame)
Virtutig[er] tuæ conciliatur honor:
Qui, velut exiguo dicit primordia fonte,
Post tamen in largas funditur amnis aquas.
Sic quoq[ue] dum vincet fortis constantia pectus,
Candidior semper, candidiorq[ue] fluet.
Vniuite concordes æterno foedere fratres,
Hinc uti res vestræ conuenienter cant.
Vnicus ille Deus, vestræ indubitata salutis
Anchora, qui dedit hæc, post meliora dabit.

EPITHALA.

104659
Cod
MIA ET CARMINA GRATV

latoria, in honorem nuptiarū egregij & præ-
stantis viri Iohannis Dreheri, Echo-

nestiss: virginis Dorothee, Domi:

Thomæ AmEndt Consu-
lis Lobauiensis vigi-
lantissimi filiæ.

A diversis authoribus scriptæ.

VIENNAE AVSTRIAEC

EXCVDEBAT RAPHAEL

HOFFHALTER.

ANNO M. D. LIX.



Epithala in honorem nuptiarum egregij & præstantis viri Iohannis Dreheri, Echo-nestiss: virginis Dorothee, Domini Thomæ AmEndt Consul-Lobauiensis viginis vigilantissimi filiæ.

JOANNES DREHER